



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cum S. Scripturæ, tum SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 14. Deus vt iustus vult inire rationem, sicut cum Cain, & de facto illam init: cum ait: Quanta audiuimus &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

impiorum fraudulenta. Scribunt Septuaginta: Gubernans autem impij dolos: quod, transponendo terminos, significat, quod impij se regant ac gubernent dolosis incerti que fiducijs, prætendentes, quod male vivendo, bene sint morituri, & illa, quam legimus latroni crucifixo, Magdalenæ peccatrici, & persecutori Saulo concessam esse misericordiam sibi quoque non sit deneganda. Dolosa sunt illa consilia, & fiduciæ fraudulentiæ.

¶ Huius occasione composuit D. Chryostom. argumentum, ubi quosdam deridet, qui peccatis immeriti, procrastinant penitentiam, dicentes, ad ultimum vitæ periodum penitebimus, & ignoscet Deus, qui & alijs in illo postremo conflictu largitus est indulgentiam. Hoc tibi inquit concedo, alios impetrasse veriam: attamen unde concludis hanc tibi pariter tribuendam? Quid tuum tibi quoque concedet? Concedet forsasse, inquis. Contrarium etiam tibi repone, totumque repone & sic. Quid autem si non concesserit? Hoc bona peractum fortuna, & dextero Deo: quæ verò tali distribuuntur modo, iustum non est, ut trahas in exemplum, aut in illis fiduciam colloques. Temerarius ad proelium tendis (inquit) sanguinolentum plenumque periculis, & ante disces, de rebus tuis disponis: Si tibi replicavero, non est cur hoc facias, incolumis etenim spoliisque dives tenereris, tali quippe sic contrigit, quis responderes? Si te matrimonium cernerem contrahentem, & curiosus de mulieris inquiras facultatibus, doteque opulenta, tibi vero obicerem: Superflua est illa sollicitudo, etiam, licet indiga sit: talis namque mulier primus pauperima, postmodum vero ex successione acquisivit hereditatem qua & ipsa & maritus diuites evaserunt, quid diceres? Nec cum de inveniundo matrimonio consultas dicit: Vxorem elegantem accipiam, multi enim præter opinionem ad opposita pervenerunt, nec cum domum extruere parvas dicit. Infirma fundamenta sciam, per multa enim ades sic etiam constitunt, & cum de anima sollicitum sis, in certis eventibus te ipsum committis?

V. Tutior semper est pars eligenda.

1. Reg. 6. 11. Luc. 14. Luc. 23.

Tua ipsius verba perpende. Deus Davidi gravissima dimisit peccata, utico: Peccati Domini. Fornicatori pepercit publice, ne, nequitis intoluto unico: Deus propitius esto mihi peccatori. Latroni hominû sanguisugæ, peccatorû primo ignovit, dum extrema sic ait hora: Domine memento mei. Verum loqueris: verum tamen advertas velim quæ dicas: vnus David, vnus publicanus, vnus latro: cur vis multi sint? Tibi non nego, quod latroni pepercit, qui vitam latrocinij

sordidam traxerat, at mihi pariter non negandum, quod alios innumeris suis in peccatis peire permiserit. Quæ igitur maior ratio, ut tecum eo modo agat, quo cum vno illo quem dicit latrone, quam ad quod multis imo per multis permisit euenire? Incongrua est hæc argumentatio. Hæc insulsa fuit præsentio Nazarenorum, sordidare velle iustitiam in rebus gratiæ quasi quam alijs gratiam præstiterat, eodem iure ac titulo illis præstare tenetur.

§. 14. Deus ut iustus vult miræ rationem, sicut cum Cain, & de facto illam inis: cum ait: Quanta audiuimus &c.

Primè poterat illis Christus iuxta prædicta respondere, sed abstinuit, & ipse iudicij tribunal ascendit, & antequam conciuisset illi verbum proponant: querimoniam, illam adhuc tantummodo mente concipientes, ipsos præuenit, continet & reconuenit, ut iusta fiat strictaque verificatio, & pateat euidenter, ver sit in culpa; quam nullam in se agnoscat, ab ipsis probandam, ipse verò vehementer graues, de quibus illos possit reos committere. Suam in hoc ostendit Christus iustificationem vel maximam: cum ipse primus prodeat qui iudicium subire contendat, etiam cum illis, qui corde solum & imaginatione contra illum conceperant querimoniam. Substantiale ac solidum iudicat argumentum D. Gregor. Principis Elij, qui vnus ex illis numeratur regibus, qui Iob afflictionibus attritus, mortemque venerat consolaturus, licet autem hoc non fecerit, sed iustum in anima, suis lancinariis rationibus, quæ longius à proposito demabant, absoluit tamen erant consonæ veritati. Alloquitur igitur Iob, & contra illum rationes proponit que iustas. Opinabatur, quod se Iob à Dei subtraheret iudicio, atque hoc solo te cognoscere patet, quod nec ratione valeas, nec iustitia? Numquid quis non amat iudicium, sanari potest? q. d. qui renuit subire iudicium nec patitur, ut exactio fiat rationum disensio, illis non habere iustas videretur. Habet Deus suas rationes nobiscum iustificatas, ut ipse nos trahat in iudicium, & velit eas cum illo verificemus. Diem olim dixit Isaias ex parte Dei, mundi hominibus, & Beati rationes allegat, Deum adeo velle illas verificari, & subire iudicium, ut homineret Deus iudicij filios Domini. Eodem modo scripsit per prophetas inquit terribenas filios hominum? Iudicio conuenit

11. *12. 30. 13. dum nobiscum ait Hierem. c. 2. 9. Iudicium Domini cum habitatoribus terra. Alibi per Isaiam animam citat in iudicium, quæ de Deo quasi con-*  
*11. queri videtur. Adesto: iudicemur simul, narra si-*  
*12. quid habes, ut iustificeris. Non maior mecum ti-*  
*13. menda difficultas quam cum Iob, non ego illo*  
*difficilior qui hanc de se inter alias, prædicabat*  
*prærogativam eminentiæ, quod in iudiciu def-*  
*cendere cum se suis atque ancillis non de-*  
*signaretur, etiam dum auctoritate sublimis præ-*  
*sideret: Si contempsisti subire iudicium cum sermo*  
*meo, & cum ancilla mea &c. etiam cum viscerem*  
*me in porta superiorem.*

Subtiliter expendit D. Ambros. processum  
inter Deum & Cain frat. icidam. Mente sceleratus  
hic contra Deum expostulat, quasi de accep-  
ta ab illo iniuria: quod cum esset maior natu  
fratre suo Abele, non ita secum Dominus ac eū  
fra te se gereret: etenim illi ita se præbebat be-  
nignum affabilem, amicum, ut illi perspicue no-  
tissima publica que dona tribueret, faueretque  
benignius, gratiam habens fratris oblatione, quia  
tamen sibi conferre non dignabatur: iudicabat  
autē Deum in eo esse iniustum personæ accep-  
torem, quodque illi minora tribueret, cui ma-  
iora iustus dare tenebatur. Corresponder hoc  
appositè queremoniæ hodiernæ Nazarenorum  
contra Redemptorem. Illum præuenit Deus, ip-  
se Cainum in ius vocat, ipse comparet, ut inli-  
tuatur causæ verificatio, & verus reus sit, inquiri-  
tur, unde sic ait. Per animam tuam adesto Cain:  
ut quid melancholicus, quid mæstus obambu-  
las: Indagemus, quis in quem deliquerit? Num  
ego vquam alicui in eo defui, quod illi de iure  
competebat? Numquid alicui debitum pro mihi  
exhibito ministerio negavi præmium. *Quare*

*11. Cainum*  
*curam te*  
*curat ve-*  
*lur in iu-*  
*dicium.*

*12. 30. 13. iratus es & cur concidisti facies tua? Nonne si bene*  
*egeris, recipies: sin autem male stiteris in foribus pec-*  
*catum adesti? De me, tu ne proditor, lamentaris,*  
*eo quod iudices quod non tantū pro te, quantū*  
*pro fratre præstiterim? In te retorque querelam,*  
*& ego te proditorem in crimen voco. Si tu, sicut*  
*ille, ceceeris, an non te sicut illum, honorabo? at*  
*ille tantō se habet erga me gratiorem, quantō*  
*tu te ingratiorem, proinde tuum est peccatum,*  
*quod contra te coniurgit in iudicio adversanū.*  
*Hoc est. In foribus phrasi S. Scripturæ: Tri- un-*  
*na enim & iudiciorum loca in civitatum portis*  
*erigebantur. Tria tibi aduersantur peccata, te*  
*reum condemnant.*

37 Hanc Christus hodie cum oppidanis suis imit  
rationem. *Vtique dicitis mihi hanc similitudinem.*  
*Medice cura te ipsum, quanta audiuimus &c. Nū*  
*Hieron. Bapt. de Lazaro Tom. II.*

de me vos deponitis? Ego ipse sum, qui de vobis  
habeo quod deponam, imo & ipse, de vobis o  
Christiani, habet quod accuset, & potiori de vo-  
bis iure ac titulo potest queri. *Quanta audi-*  
*14. umus facta in Capharnaum, fac & hic in patria. Heb. 13. 14*  
Quæ vestra patria? Nonne cæli. Reuertitur spiri-  
tus in terram suam, ait David. *Non habemus hic*  
*manem em civitatem, affirmat Apostolus tangens*  
illam prophetæ Michæ sententiam. *Surgite &*  
*15. ite: quia non habetis hic requiem.* Pariter & illa  
verba quæ perpetuo Sanctissimi Patriarchæ, ve-  
terelque patres ore reuoluebant, qui semper se  
dicebant hic esse peregrinos ex quibus infert,  
quod sine dubio patria inquirebant. Ibi legitima  
nostra moratur mater: illa quæ facta est Hierosolymis,  
quæ est mater nostra. Ibi verus regnat Pater no-  
ster: *Pater noster qui es in cælis.* Euge age Chri-  
stiane *Quanta audiuimus facta in Capharnaum,*  
*fac & hic in patria tua.* De tot negotiis quæ fa-  
cis in gratiam Capharnaï, hoc est mundi, nomine  
æquū & iustum esset, vel aliquid faceres pro pa-  
tria tua pro cælo: de tot quæ facit in obsequiū  
mundi, diaboli, carnis, ferire potest, ut nullum  
horum facias in Divinæ maiestatis obsequium?  
Statue tibi ab vna parte Deū, ab altera verò, tres  
illos, mundum carnē, diabolu. Cui plus teneris,  
quid Deo debes? In iudicium animā tuā pronu-  
ca, ut alter David: & liquido patebit, quod: *Pro-*  
*16. pitatur omnibus iniquitatibus tuis, sanas omnes*  
*infirmitates tuas, redimit de interitu vitā tuā &c.*  
Ille tibi esse dedit, quando, nedum illud nō mer-  
ueras, sed nec quidem cogitaueras. Ille tibi ani-  
mā illā infudit ad eo nobis, diuino semine pro-  
crearam, capacemque beatitudinis. Ut autem ad  
illam te perduceret, descei dit de cælis in ter-  
ram, & passus est quos omnes nouisti cruciatus,  
& plures infinitos quos non nouisti. *Scam tibi*  
*largitus est vitā, suum sanguinem, suā carnem,*  
*animam suam, diuinitatem suā, Angelos suos,*  
*17. Apostolos suos, sua sacramenta, se ipsum: Omnia*  
*nostris donauit. Quid istis dū debes? qui mundo,*  
*qui te multipli i excitat parenti solidum, &*  
*millenis implicat curis quo tuis san- facias legi-*  
*bus, sed nec aliquid tibi tri- uet, te tamen ad*  
*eorum, quæ possides cogit decoctionem? quid*  
*dabitolo debes, nisi team sumam, odium immor-*  
*18. tale, quo te persequitur & ardens quo te dir-*  
*ripiat ut rugiens leo, desiderium. Quid carni-*  
*tuz debes, nisi quod a rox animæ tuæ moueat*  
*bellum. Nam molestet imo procerat: Frates de-*  
*19. bioses sumus, non carni, ut secundum carnem vi-*  
*uamus.*

Gal. 4. 26

Matth. 6.

III.

Saltem aliquid agendū in Dei obsequiū qui tanta pro mūdo, diabolo, carneque facimus. *18. 19. 102. 5.*

Rom. 8. 32

Modo igitur videamus cuius gratiā plura fa-  
cias.



cas. Quid non moliris, negotiariis, lucratis, remisque, velisque tendis, quo possis statui tuo quæ in mundo habes plenè satisfacere? Quam incūbis sollicitus, ut illi respondeas, quid dicent? In obsequium diaboli, quam non cruciaris, ut quæ tibi persuaserit, ea facias? quam excitatus, ut id perficias ad quod te demon impellit? Pro carnis voluptatibus, quos labores non persers infatigabiles, quas non subis expensas ut eius fruaris deliciis, libidine, molli? Heu te infelicem!

*Quanta audimus hoc, fac & hic.* Ex tantis, quæ in diaboli decoquis famulatu, mundi seruitio, carnisque cupiditatibus, in Dei quidquam non expenderes obsequium, qui decumbit æger in hospitali in tot pauperum gregibus? Ex tot malis noctibus, diebusque peioribus quas in diaboli ministerio consumis, tuisque teris appetitibus, nec viam in Dei transigeres obsequium: De tam graui, quo laboras studio, ut te miserum diabolus abripiat, & ad inferna propetes, nec aliquod in Dei honorem insumeres & quo possis cælo perfrui?

*Iaco. 4. 5.*

*IV. Iacob si b. studio lum imitatur.*

Ad amissum hic prof. ro quod ait D. Iacobus, nimirum Deum quadam æmulatione prouocari. *Ad inuidiam concupiscit spiritus.* Quæ est precor, hæc inuidia: Num aliquid est inuidia, quod in Deum casit? Nostro loquendi modo significat Apostolus, extremum dolerem, viuimque zelum, quo Deus commouetur illi simile, quo vir aliquis inardesceret hic contra amicum suum, quem aduerteret nihil agere in gratiam sui, eorum quæ debet, omnes autem netuos interdere, curamque ponere, ut eius inferuat voluntati, qui eius ruinam, perdicionemque meditatur. Hæc age charissime cur illo non vterer: argumeto, sanctissimi Patriarchæ Iacob, quid non egit plurimis annis in causa Laban fœderi sui, viri tamen tot periculis nominatissimi? quidquid valuit illi valuit. In se tandem reuerfus sic locerum alloquitur. *Domine nati tam annis pluribus tibi seruito diligenti sumus, sed nec vllum mihi de tot laboribus, video superesse emolumentum, suadet ratio, pellit æquitas, ut saltem vel paululum meæ aliquid conquiram familiæ, meæ studeam utilitati.* Tu nosti, quomodo seruierim tibi? *Hæc iustum est igitur, ut aliquando prouideam & domui meæ. vniuersum studium meum pluribus annis ad tuam contuli commodum, meque in domo tua sudore madidum, & labore constatum negligis, sepe sapienter tacui circumuenus, & elulus ingemui, nunc urget me necessitas, ut ex tanto labore, quem tuis in negotiis subui, aliqualem tandem operam pro me suscipiam. O*

Christiane, qui tot annorum curriculis mundofamulus seruieristi, quot ab vlti numeras rationis, totamque vitam tuæ dedicasti sensuallitati, nunquid iustitia postulat, ut vel parum animam curares, Deoque seruitus, & de tanto labore, quem mundo dedicasti, aliqualem amodo Domino consecraret?

*§. 15. Si velis id tecum agat Deus, quod cum altero, idem tu quod alter cum Deo adimplere.*

**P**oterat igitur Christus legitimam ac sufficientem ciuitibus suis iuxta prædicta dare rationem: scilicet quod miracula, opera essent gratia, quæ non deberent, nec peti possent ex iustitia, nec titulo naturalitatis, hanc tamen subiectet sed subire vult iudicium, ac euulset ostendere, quod in ipsos ipse non deliquerit, nec vllam esse culpam, non facere in eorum gratiam, ciuitatis aut patriæ, quod extraneis fecerat, quidmo ex parte illorum esse defectum, & patriæ se culpa detineri, quo minus ibidem esset miracula, quæ apud exteros frequentissima facta noscebantur. Videtur, (inquit D. Amb. in hęc locū,) quod ista fuerit benedictio, fundata quæremonia Nazareth: eum negari non possit, quin homo beneficus, sola ductus ratione, saltè patriæ negare non debeat, quod communitat extraneis, vnde respondet illis liquido probas quod ipse nulla in patria faciat miracula, non sibi sed illis in culpa adscribendum. *Nō oriof Saluator excusatus, quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit, ne forte aliqui vultorem patriam nobis esse debere putaret affertum.*

De Deo ciuitates aliquæ tempore variis Amos quererentur, quod super vicinas exterasq. preter ciuitates, in illas autē nec pluuia nec ros descenderet, quæ tamē se Dei notabāt esse ciuitates: & vna pars cæpi cõplura floresceret, altera verò nō cõplura exaresceret, quocirca obmurmurabāt dicētes: quid huic altera præualt. t. ciuitas, cur ibi & non hic pluuia decidit? Vtq. poterat illis respondere Dñs, inanes has esse expostulationes, & inuillas interrogaciones: quia hæc agri parti & nō altera imbibus inebriare, ex eius mera pendet voluntate, hæc autē nullā aliā agnoscat causā, quā seipsā. Hoc quoq. Iob intimaui, illi inter alia quæ nullā habent in terra, cur san ratione proponens, hæc de pluuia quæstionē. Dicit: ito mihi feb, quis pluuia dirigit ut in illā & nō in hæc decidat fecunda regionem? Cur hic & non ibi quod pluat, vbi viridis nullā germinat herba, & ibi virētes herbar, floresq. pullulent odoriferi, & nō in illo cæpo, vbi horū erat abundantia, cuius defectu cur cæta paulatim exarescant? *Quis dedit*